



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**In Genesin Enarratio**

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

V. De Effectibus & pœnis peccati.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

## V. Locus.

**DE EFFECTIBVS ET  
pœnis peccati primorum paren-  
tum & totius poste-  
ritatis.**

Pœnæ & effectus peccati sunt, primum iſu  
NVDITAS, hoc est, priuatio lucis in mente, re-  
ctitudinis in uoluntate, congruentiae cordis & omni-  
um donorum naturæ integræ, & præterea totius  
naturæ humanæ corruptio ac deprauatio, que infi-  
tate Concupiscentia uocatur, & simul peccatum est  
ac pœna peccati, desertione per accidens.

II. Ira Dei & horrendi pauores ac cruciatu-  
conscientiae, qui immutabiliter peccata consequen-  
tur, & sunt mors animæ.

III. Caligo mentis humanæ, quæ in deliberatio-  
nibus & consilijs multipliciter labitur, Vnde Lu-  
cretij uersus.

O miseras hominum mentes, o pectora cæca  
Qualibus in tenebris uitæ, quantisq; periclis  
Degitur hoe aui quodcumq; est.

IV. Praue cupiditates contumaciter repugna-  
tes iudicio mentis.

V. Immensa moles tristissimarum confusionum  
lapsuum, ærumnarum et calamitatum humanarum.

quatuor

ET  
I  
quarum magnitudinem & atrocitatem nulla elo-  
quentia humana satis deplorare potest, ut infra di-  
citur, Multiplicabo ærumnas tuas &c.

VI. Morbi & mors corporis, ut dicitur, Puluis  
es, & in puluerem reuertaris.  
Et redit in nihilum, quod fuit ante nihil.

VII. Tyrannis diaboli horribiliter impellentis  
imbecilles homines ad tetra & abominanda scele-  
ra, ut cœci ex alijs in alia ruant, & in æternum exi-  
tium præcipitentur, ut Exempla Astyagis, Atrei,  
Oedipi, Neronis, mulieris Xantie, Saulis, Iudæ &  
similium ostendunt.

VIII. Æterna damnatio.

### *VI. Locus.*

DE LEGE DETEGEN-  
te Hypocrisim & accusan-  
te peccata.

Ut Adam initio folijs fici suam nuditatem tege-  
re conatur, & postea accusatus uoce diuina, non di-  
serit fatetur peccatum, sed omnem culpam à se in  
ipsum Deum, uelut iniustum & crudelem iudicem,  
& in alias causas remotissimas deriuat, Sic uniuer-  
sa hominum natura, eadem hypocrisi infecta est,  
non uult uideri turpis & deformata peccato, non in-  
K telligit